



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

L. Cautio de vinea.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

pascuis, aquis, aquarumque decursibus, quicquid dici aut nominari potest, quantumcumque de meo proprio moriens dereliquerem, in omnium rerum meorum hereditate apud germanos tuos, filios meos succedas, & æqualentia inter vos exinde diuidere, vel exæquare facias. Et quod ad partem tuam exinde recipis, quicquid exinde facere volueris, liberam & firmissimam in omnib. habeas potestatem faciendo. Si quis vero, &c.

## L. C A V T I O D E V I N E A.

**D**ominus fratri illi, ille. Ad petitionem meam mihi non negasti, nisi ut in summa necessitate mea argentum, vel amictum valentem solidos tantos in manu mea ad præstitum beneficium mihi præstisti: Propterea oppignerem tibi vineam proprietatis meæ in pago

illo, in loco qui dicitur ille, quæ cō-  
tinet aripennos tantos , subiungit  
de ambobus lateribus, & ambobus  
frontibus terræ lui , infra ipsam ter-  
minationem, & mensuram ad inte-  
grum, & usque ad annos tantos fru-  
ctum , quem ibidem Deus dederit,  
ad partem tuam habere debeas , &  
ipsam vineam condire facias: &  
quomodo cum ipsis fructibus tan-  
tos annos transactos habueris , &  
debitum tuum tibi reddidero, cau-  
tionem meam per manus recipiam,  
stipulatione subnixa. Actum illo.

## L I . S E C V R I T A S .

**N**on minima, sed maxima ver-  
titur discordia inter illum , &  
illum. Venientes in loco illo , ante  
bonos homines, repetebat ipse ille  
in causa sua , vel coniugis suæ il-  
lius, aduersus ipsum lui, dum dice-  
ret, eo quod ipse genua sua impin-

S iiii